

At vetus ecclesia Nouatianos,²⁴⁵ etsi propugnabant perniciosum dogma, tolerauit, quia et in reliquis partibus doctrinae consentiebant. Et vtilem nauarunt ecclesiae operam in refutandis Arij²⁴⁶ blasphemis. Imitemur quaeso hanc antiquitatis ἐπιείκειαν potius quam Pelei imprudentiam, qui cum
5 feram peteret, amicum interfecit.²⁴⁷ Cur non igitur nostri Amphictyones ita cogitant: Ecclesiae istae sociae sunt nostrae confessionis, pie constitutae sunt, acriter praeliantur contra communem hostem. Quaeso condonetur haec vnica illis particula, quae profecto ex nullius sententia, si modo sanae mentis sit, potest esse magna.

10 Lis est de sacra coena. Iam nemo negabit sacramentorum, cum sint actiones, formam et principale fundamentum esse fructum. De eo congruunt sententiae. Dissentient vero de vna quadam appendice, videlicet an praesens sit corpus Christi humanum, quod tamen ita praesens esse statuit, vt nusquam sit. Existimatur enim spoliatum esse [85:] omnibus proprietatibus corporis sicut
15 substantia spiritualis et neque includi pani neque etiam substantialiter infundi homini. De reliquis, quae vel περὶ κοινωνίας vel de vniione Christi et piorum dici possunt et quae ad articulum iustificationis proprie pertinent, plane congruimus. Cur igitur nostri ποιμένες λαῶν aedificium splendidum demolientur, etsi existiment stipulas aliquas obductas rimis aut tecto parum esse specio-
20 sas? Ego econtra ita iudico: Si quis omittat somnia Eutychiana de corpore Christi existente in diuersis locis et naturae humanae Christi suas relinquat proprietates, neminem ex parte aduersa magnopere cum tali rixaturum. Vt igitur, etsi quis betam nominet vel amaracum vel amomum, nemo vt opinor eum ideo interficiet, ita liceat cuilibet substantiam spoliatam proprietatibus
25 humanis appellare corpus, cum sermo communis eam appelle Spiritum. Tales cum sint ecclesiae ipsorum et ita etiam amice praincipui ex ipsis erga nos affecti, mirum est nostros adeo esse implacabiles. Non delector quidem contrectatione vulnerum nostrorum, quae per se est immitis, sed tamen nec morbus sanari potest, qui non agnoscitur. Qualis sit rabies in paginis istis
30 publicis, quibus non priuati tantum, sed integri lacerantur coetus, manifestum est, nec viuis nec mortuis parcitur. Imo etiam egregiae illae animae, quae cruore suo de coelesti veritate testificatae sunt, in gremio sui saluatoris con-
quiescere non potuerunt, sed immani scelere viri sancti et constantes, qui in Gallia, Anglia, Belgico et multis aliis locis propter confessionem veritatis
35 excruciat et necati sunt,²⁴⁸ appellati sunt martyres diaboli atque in vniuer-

²⁴⁵ Novatian verweigerte den Menschen, die in der Christenverfolgung von 251 nicht standhaft beim christlichen Glauben geblieben waren, die Buße. Als Cornelius, der Bischof von Rom, sie wieder in die Reihen der Kirche aufnahm, gründete er die novatianische Kirche, die seine rigorose Position vertrat, und galt seitdem in der Alten Kirche als Ketzer. Zur Person und Lehre des Novatian vgl. James S. Alexander, Art. Novatian/Novatianer, in: TRE 24 (1994), 678–682.

²⁴⁶ Zur Lehre des Arius vgl. unsere Ausgabe, Nr. 1: Propositiones (1570), 34, Anm. 46.

²⁴⁷ Zu Peleus, dem mythischen König der Myrmidonen, der seinen Halbbruder erschlug, vgl. Jan Stenger, Art. Peleus, in: NP 9 (2000), 492f.

²⁴⁸ Anspielung auf die reformierten Glaubensflüchtlinge und ihre Behandlung.